



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1691. usque ad annum 1701

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1781**

**VD18 13322648**

§. 3. Jansenistæ ab emenito Arnaldo delusi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67627](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67627)

Sæc. XVII.  
A. C. 1691.

§. III.

*Jansenistæ ab ementito Arnaldo  
delusi.*

*Abrege  
chron. de  
l'Hist. Eccl.  
tom. 3.*

*Hode Hist.  
de Louis  
XIV. l. 47.  
pag. 483.  
Binner App.  
t. 8. p. 852.*

Jam per aliquot annos crebræ servebant contentiones inter Duacensis Universitatis Doctores, & Molinistas; hi enim censuram in Lessii sistema latam, necnon peccati Philosophici damnationem dolentes, toti in eo erant, ut illos, quos ex hisce Doctoribus de Jansenii doctrina suspectos habebant, detegarent, eosque Universitate ac Regno expelli curarent: Hanc in rem dolum excogitarunt, quo magis ingeniosum, majorique artificio excogitatum, majorique felicitate executione datum, vix ulla ætas meminit: Hujus præcipuus artifex ab aliis creditur Pater Tellier Jesuita; alii Honoratum Tournelium, alii quemdam Duacensem Canonicum in suspicionem trahunt: quisunque autem demum Author fuerit, id omnino compertum est, quod PP Desruelles Vodripontius, Pajenus, & Tellierus Jesuitæ hujus scænæ vel actores, vel participes fuerint, & Pater de la Chaise funestam ipsius Catastrophen apud Franciæ Regem promoverit. Occasionem dederat declamatione Mense Junio anni prioris Duaci habita,

5

bita, in qua P. Beeckman Jesuita in Sæc. XVII.  
Arnaldum, Jansenistas & Thomistas A.C. 1691.  
publice, acriterque invehebatur: vi-  
cissim Lignius ejusdem Universitatis  
Professor habita luculenta oratione Je-  
suitas exagitabat: inde vero mutua  
contentio, vindicandi cupido, atque  
odium non modo in Lignum, sed &  
Laleum Theologiæ Professorem, Ri-  
vettum, & Malpaisum Canonicos ad  
S. Amatum exarsit. Nil aptius videbatur,  
quam Jansenianæ hæresis accusatio;  
sonoro tamen gressu incedere, pericu-  
losum; vulpina igitur astutia capiendæ  
erant aves: conclusum ergo, ut Tel-  
lierus, vel aliis quiscunque se Arnal-  
dum esse fingeret, & sub ejus nomine  
literas omni humanitate & affectu ple-  
nas primo ad Lignum juvenem Bac-  
calaureum daret, in quibus oblata li-  
terarii commercii copia ementitus hic  
Arnaldus Baccalaureum ejusque ri-  
gidioris disciplinæ studium encomiis  
commendaret amplissimis, postea il-  
lum de magno applaudentium numero  
certiore reddens, tam hujus Viri,  
quam aliorum, quos Jansenistas cre-  
diderat, affectum & confidentiam se-  
ptem primis literis conciliare nitere-  
tur: Subscriptæ erant omnes hæ epi-  
stolæ literis A. A. quas Baccalaureus  
Antonii Arnaldi nomen esse, & cum ipso

Sæc. XVII. veroque Arnaldo commercium sibi esse  
A. C. 1691. haud dubitabat.

§. IV.

*Septem propositiones de Gratia a  
ficto Arnaldo fabricatæ.*

*Argentre  
Coll. Jud.  
de nov. err. scriptam suæ doctrinæ professionem e-  
t. 3. p. 368.* liceret, datis literis ad Lignum se-  
ptem propositiones circa gratiæ verita-  
tem transmisit, subjungens, quod hæ  
in quadam disputatione publica Mech-  
liniæ fuerint propugnatæ, Archiepi-  
scopus vero a Jesuitis instigatus, hujus  
disputationis Præsidem acriter infecta-  
tus, sancti Augustini doctrinam in his  
thesibus contentam censuris perstrin-  
gere intendat: id autem cum in gra-  
vem hujus S. Doctoris contumeliam  
cederet, ipse Arnaldus eas a potissi-  
mis Franciæ Episcopis & Sorbonæ &  
Lovaniensibus Doctoribus, necnon a cele-  
berrimis Europæ Theologis approbari  
curarit: ut ergo Archiepiscopus tot ap-  
probationum auctoritate territus, a  
censura abstineret, hæcque caufsa Ro-  
mæ ea certius optatum haberet succe-  
sum, pariter Duacensis Universitatis  
approbatio desideraretur: Erant autem  
septem hæ Theses hujus tenoris:

I. „Gra-